

Cambridge University Press

978-1-108-05227-6 - Chronicles of the Reigns of Stephen, Henry II, and Richard I: Volume 2

Edited by Richard Howlett

Excerpt

[More information](#)

---

LIBER QUINTUS.

A.D. 1194—1198.

---

u 13836. Wt. 7908.

A

Cambridge University Press

978-1-108-05227-6 - Chronicles of the Reigns of Stephen, Henry II, and Richard I: Volume 2

Edited by Richard Howlett

Excerpt

[More information](#)

---

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI QUINTI.<sup>1</sup>

Cap. 1.	Quæ acta sint <sup>2</sup> a rege in Anglia post coronationem suam antequam transfretaret	- - -	p. 415
Cap. 2.	Quæ acta sunt <sup>3</sup> inter regem Anglorum et inimicos ejus postquam transfretavit <sup>4</sup>	- - -	p. 418
Cap. 3.	De induciis inter reges statutis, et pace provinciarum præterquam ab exactionibus regiis	- - -	p. 420
Cap. 4.	Quomodo tironum exercitia tempore regis Ricardi in Anglia esse cœperunt	- - - -	p. 422
Cap. 5.	De reditu Johannis ad fratrem	- - -	p. 423
Cap. 6.	Quomodo Stephanus quidam <sup>5</sup> a dæmone delusus est	- - -	p. 424
Cap. 7.	Quomodo ceciderit regnum Normanorum in Sicilia	- - -	p. 428
Cap. 8.	De horrenda morte ducis Austriæ	- - -	p. 431
Cap. 9.	Quid Dei ordinatione evenerit in pago Cenomannensi ad correctionem regis Anglorum	- - -	p. 434
Cap. 10.	De morte Hugonis Dunelmensis episcopi	- - - -	p. 436
Cap. 11.	De tribus spuriiis ejusdem episcopi; et quis ei successerit <sup>6</sup>	- - -	p. 440

<sup>1</sup> D. omits the elenchus.<sup>2</sup> *sint*, S.; *sunt*, C.<sup>3</sup> *sunt*, C.; *sint*, S.<sup>4</sup> *transfretavit*, S.; *transfretaret*, C.<sup>5</sup> *quidam*, om. C.<sup>6</sup> *successerit*, S.; *successit*, C.

- Cap. 12. Quomodo Hubertus Cantuariensis archiepiscopus in Eboracensi ecclesia, nomine legati, celebravit concilium: et de lite quæ vertitur<sup>1</sup> inter Cantuariensem et Eboracensem de primatu<sup>2</sup> - - p. 442
- Cap. 13. De exercitu Sarracenorum qui ex Affrica Hispanias intravit - p. 445
- Cap. 14. De Macumeto<sup>3</sup> pseudo-propheta, et de lege quam per spiritum erroris introduxit; et quomodo<sup>4</sup> eadem lex plurimas gentes infecit - p. 447
- Cap. 15. De rediviva post expletionem induciarum guerra regum nostrorum - p. 455
- Cap. 16. Quomodo rex Anglorum de<sup>5</sup> nece marchionis purgatus sit per literas Senis Montani - - - p. 457
- Cap. 17. De bellico post inducias motu regum, et quomodo apud Isoudunum fœdus inierunt - - - p. 460
- Cap. 18. Quomodo principes fœdus initum declararunt, quod diu non stetit; et de motu Britannico - - p. 462
- Cap. 19. De improvisa morte abbatis Cadomensis<sup>6</sup> in Anglia - - p. 464
- Cap. 20. De conjuratione Lundoniis facta per quendam Guillelmum, et quomodo idem audaciæ pœnas luit - p. 466
- Cap. 21. Quomodo vulgus voluerit hominem illum tanquam martyrem honorare, et quomodo error iste extinctus sit - - - p. 471
- Cap. 22. De prodigio mortui post sepulturam oberrantis - - - p. 474

<sup>1</sup> *vertitur*, S.; *vertebatur*, C<sup>2</sup> *prima* (sic) in C. and S.<sup>3</sup> *Macumeto*, S.; *Macometo*, C.<sup>4</sup> *quomodo*, om. C.S.<sup>5</sup> C. has *ne*.<sup>6</sup> C. reads *Cademensis*.

## 413

Cap. 23. De re consimili, quæ accidit apud Berewich - - - -	p. 476
Cap. 24. De quibusdam prodigiis - - -	p. 477
Cap. 25. De signo quod visum est in cœlo, et de expugnatione quorundam castellorum - - -	p. 482
Cap. 26. De fame et peste per Angliam gras- sante - - - -	p. 484
Cap. 27. Quomodo Alemanni secundo signum Dominicum susceperunt - - -	p. 485
Cap. 28. De dissensione regis Ricardi et Ro- thomagensis archiepiscopi - - -	p. 487
Cap. 29. De morte Eliensis <sup>1</sup> episcopi, qui can- cellarius potius <sup>2</sup> meruit appellari -	p. 489
Cap. 30. Quomodo finitum est bellum breve Britannicum et quadragenarium Tolosanum <sup>3</sup> - - - -	p. 491
Cap. 31. De captione Beluacensis episcopi -	p. 492
Cap. 32. De defectione quorundam a rege Francorum, et qua occasione treuia statuta est inter ipsum et regem Anglorum - - - -	p. 495
Cap. 33. De re prodigiosa quæ accidit apud Maltonam - - - -	p. 497
Cap. 34. De concordia <sup>4</sup> regis Ricardi et Ro- thomagensis archiepiscopi, et de re prodigiosa quæ accidit apud An- delaicum <sup>5</sup> - - - -	p. 499

*Expliciunt capitula.*<sup>1</sup> *Heliensis* in C.<sup>2</sup> *potius*, S.; om. C.<sup>3</sup> *Tolosanum*, S.; *Tholosanum*, C.<sup>4</sup> *concordia*, S.; *discordia*, C.<sup>5</sup> *apud Andelaicum*, S.; *ad An-*  
*derslaie*, C., on an erasure.

Cambridge University Press

978-1-108-05227-6 - Chronicles of the Reigns of Stephen, Henry II, and Richard I: Volume 2

Edited by Richard Howlett

Excerpt

[More information](#)

---

## INCIPIT LIBER<sup>1</sup> QUINTUS.

~~~~~

### CAP. I.

*Quæ acta sint<sup>2</sup> a rege in Anglia post coronationem suam antequam transfretaret.*

Rex igitur post coronationis suæ sollemnia tempore A.D. 1194. modico in Anglia demoratus, rerum<sup>3</sup> statum, tanquam The king resumes the lands which he granted away before the crusade. tunc<sup>4</sup> primum rex factus, de novo curavit disponere; et fere quicquid illi placuisse videbatur in sui novitate prima, mutandum atque innovandum duxit in secunda. Denique regnum, quod iter Orientale arripiturus, ut suo loco plenius dictum est, multifariam sciderat, ad integritatem satagens pristinam reformare,<sup>5</sup> quicquid ab illo tunc fuerat vel leviter datum vel ponderose venundatum, sub nomine repetiit commodati. Nec cuiquam fas erat ratione cujuslibet vel<sup>6</sup> pacti vel tituli vel instrumenti perfunctorium jus tueri, dum omnes magnitudinis regiæ mole premerentur, nec quisquam auderet ei dicere: “Nolo multa Job. xxiii. 6. “fortitudine contendas<sup>7</sup> mecum, nec magnitudinis “tuæ mole me premas.” Astu tamen mollius loquebatur, regiarum dicens possessionum emptoribus: “Non “decet vos sublimitati<sup>8</sup> regiæ fœnerari: si ergo sortem vestram de fructibus rerum nostrarum jam “percepistis, ea<sup>9</sup> contenti esse debetis; si quo minus,

<sup>1</sup> *liber*, om. B.D.

<sup>2</sup> C. has *sunt*.

<sup>3</sup> C. has *rectum*.

<sup>4</sup> *tunc*, B.D.R.S.; *nunc*, C.

<sup>5</sup> B. has *reformaret*.

<sup>6</sup> *vel*, B.D.R.S.; om. C.

<sup>7</sup> D. has *contendens*.

<sup>8</sup> B. has *nos sublimari*.

<sup>9</sup> *ea*, B.D.R.S.; *eo*, C.

A.D. 1194. “supplebo de proprio, omnem amputans occasionem retentionis. Novit enim prudentia vestra rescriptum sedis Apostolicæ quo prohibeamini regi proprio sortem vestram excedendo fœnerari, mihi, suo tempore, si forte necesse sit, minime defuturum.” Denique illi regiæ imminentiæ<sup>1</sup> metu attoniti, et tunc demum artem intuentes qua eos in sumptus Ierosolymitanæ profectionis nudarat<sup>2</sup> pecuniis, nec<sup>3</sup> levi quidem quæstione habita de sorte minus percepta, universa resignarunt. Nam nec Dunelmensis episcopus, qui comitatum Scottorum finibus proximum gravi summa comparatum per aliquot jam annos possederat, in hac parte præ ceteris privilegium habuit, sed comes esse desinens, in simplicem episcopum rediit; <sup>4</sup> sicque illi tanta opera et tanta pecunia periit, quæ utique illi non perisset si piis aptata usibus in cœlestes thesauros abisset. Qui nimirum animum<sup>5</sup> principis minus sibi arridentis ex vultus mutatione conjectans,<sup>6</sup> non exspectata repetitione comitatum resignavit, nec tamen, ut dicitur, commodis amplioribus insatiabiliter inhiantem satis placavit. Præterea rex sive pro liberandis obsidibus<sup>7</sup> apud imperatorem relictis, sive etiam in sumptus belli cum rege Francorum gerendi, tributum minus usitatum universo regno indixit, a singulis scilicet carucatis terræ indifferenter geminatum solidum exigens, vacantibus clericorum, religiosorum, et quorumlibet aliorum privilegiis. Præsentibus quoque ad congratulandum illi quibusdam majoribus Cisterciensis ordinis abbatibus: “Devotionem,” inquit,<sup>8</sup> “vestram et liberalitatem circa nos, qua potissimum sub-

Hugh de Puiset, bishop of Durham, loses the earldom of Northumberland which he had purchased.

A land tax of two shillings on the carucate imposed on clergy and laity alike.

Richard borrows money on the wool belonging to the Cistercians.

<sup>1</sup> *regiæ imminentiæ*, B.C.D.S.; R. has *regiæ imminente*. | appears to have happened about July.

<sup>2</sup> C. has *nudaret*.

<sup>3</sup> *ne*, D.

<sup>4</sup> From Hoveden (iii. 261) this

<sup>5</sup> *animum*, om. B.

<sup>6</sup> *connectam*, B.

<sup>7</sup> C. has *obsidiis*.

<sup>8</sup> *inquit*, om. B.

“stantiæ vestræ, id est, vellera ovium vestrarum, A.D. 1194.  
 “redemptioni nostræ impendistis, ut dignum est, ap-  
 “probamus, et uberiorem suo tempore, si vita comes  
 “fuerit, rependere gratiam pro gratia ista<sup>1</sup> cogitamus.  
 “Ut autem vobis perpetuæ simus gratiæ debitores,  
 “oportet ut adhuc semel vestrum ad nos declarantes  
 “affectum, lanam vestram anni præsentis nobis non  
 “gravemini commodare. Nam cum ab imperatore  
 “dimissi in multa paupertate ad propria tenderemus,  
 “confisi de vobis, urgentissima necessitate, a trans-  
 “marinis mercatoribus in usus necessarios ejusdem  
 “lanæ vestræ pretium sumpsimus, quod procul dubio  
 “ad scaccarium nostrum mensis Octobris probatæ  
 “caritati vestræ cum gratiarum actione reddemus.”  
 Hoc modo religiosos illos quasi blandiendo spolians,  
 clarissimis monasteriis egestatem insolitam irrogavit.  
 Rebus igitur in Anglia dispositis, et viro industrio,<sup>2</sup> Leaving  
 Cantuariensi scilicet<sup>3</sup> archiepiscopo, principali pro- arch-  
 curatore regni constituto, exercitu quoque Anglico, qui bishop  
 cum eo transfretaret, ordinato, descendit ad mare. Hubert as  
 Ubi accepto de transmarinis partibus nuntio, quod adminis-  
 Francorum copiæ irruptionem in Normanniam medi- trator of  
 tantes convenissent, cum gravi tædio transfretandi the king-  
 opportunitatem exspectans, sæpiusque elementa incu- dom,  
 sans, tandem, auris ad votum spirantibus, transfretavit, Richard  
 susceptusque a suis cum gratulationibus, sua præsentia embarks  
 post longum torporem ad præclaram fiduciam animos with an  
 eorum erexit. Normandy  
 (May 12)

<sup>1</sup> *ista*, B.D.S.; om. C.<sup>2</sup> D. has *industriæ*.<sup>3</sup> *scilicet*, C.D.S.; om. B.

## CAP. II.

*Quæ acta sunt<sup>1</sup> inter regem Anglorum et inimicos  
ejus postquam transfretavit.*

A.D. 1194. Interea rex Francorum Vernullium oppidum munitissimum, quod olim pater ejus incassum obsederat, cum infinitis copiis, paternæ in hac parte sortis heres futurus, obsedit. Rex autem Anglorum opportune suis in Normannia redditus, contracto paulatim exercitu, non longe a Vernullio,<sup>2</sup> apud castellum quod dicitur Aquila castra posuit. Cumque<sup>3</sup> per dies aliquot ibidem consedisset,<sup>4</sup> Francorum exercitus conserendi cum eo prælii discrimen declinans, postquam in oppugnatione oppidi multo cassoque labore sudaverat, soluta obsidione recessit. Porro rex eorum, tanquam ad detergendum pudendæ recessionis dedecus, urbem Ebroicensem,<sup>5</sup> quam prius spoliarat,<sup>6</sup> pervicaci furore evertit; nec celeberrimæ in illis regionibus ecclesiæ beati Taurini pepercit: cum enim eandem incendi jussisset, et nullus ex tanto exercitu, divini timoris intuitu, nefariæ jussionis executor existeret, ipse, ut dicitur, cum quibusdam perditis<sup>7</sup> ex illo hominum genere quos Ribaldos vocant ingressus, sacris ædibus ignem immisit. Denique, ut fertur, quod ex eadem ecclesia sublatum est, Carnotensi civitati illatum,<sup>8</sup> eidem clarissimæ<sup>9</sup> civitati quasi ignis fuit: quæ nimirum consequenter

The king of France besieges Verneuil.

Soon after Richard's approach the French retreat (May 30).

Destruction of Evreux (before July 4).

<sup>1</sup> *sunt*, B.C.; *sint*, D.S.

<sup>2</sup> *Vernullio*, D.S.; *Vernulio*, B.C.

<sup>3</sup> *Cumque*, B.D.R.S.; *cum*, C.

<sup>4</sup> B. has *concedisset*.

<sup>5</sup> *Ebroicensem*, C. Diceto (ii. 115) says that, "*ne nil videretur egisse*," Philip went straight to Fontaines near Rouen, destroyed the castle and retired. Hoveden (iii. 255) states that Philip, after leaving Verneuil, agreed to

a conference at Pont de l'Arche, but instead of attending it went to Fontaines and attacked the castle. In the mean time Richard took Loches (June 13), and then ensued the destruction of Evreux.

<sup>6</sup> *spoliarat*, C.D.S.; *spoliavit*, B.

<sup>7</sup> *perditis*, B.D.S.; *perfidis*, C.

<sup>8</sup> *illatum . . . civitati*, C.D.S.; om.

B

<sup>9</sup> C. has *idem carissimæ*.